



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Vera istius Ceremoniæ ratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

256 De CALCEIS HEBRAOR.

bræi, ab altiori origine petendum est. Ipse Deus voluit olim, ut iis in locis calceos exuerent, quæ

Exod. 3. 5. præsentia sua dignabatur. Ita Moïs,

cum ad rubum ardente propius accederet, calceos extrahere præcepit.

Ios. 5. 15. Idem Josuæ mandavit qui se principem exercitus Dei dixit.

Cujus ceremoniæ rationem adjungit:

נִי הַמָּקוֹם אֲשֶׁר עָמַד עַל־זָהָב קְרֵשׁ רְאֵת quia locus, in quo

stas, terra sancta est. Voluit nempe Deus, uti pulchre notavit,

Andræas Masius, ut præsentia

suæ opinio utriusque animum magna religione perfunderet

atque obligaret, quo non so-

lum ad ea, quæ mox moniturus erat, mentem acrius intenderent,

verum etiam memoria augustissi-

mi illius ostenti, se ipsos imposte-

rum subinde confirmarent. Quo enim spectat loci sanctitas, si non ad divini numinis præsentiam?

Neque enim terra illa sanctior fuit,

quo aut Moses aut Joshua stetit,

reliquis terræ partibus, cum & ex

eadem materia constet, & eundem habeat dominum. Sed sancta di-

citur illa terra, in qua & Moses

&

Mas. ad
Ios.

& Josua stabant, ob singularem
Dei præsentiam. Etsi enim Deus
ubique est, neque certis includi
locis ejus infinita majestas potest,
tamen non perinde ubique suam
præsentiam declarat, sed prout di
vina ejus rerum humanarum mo
deratio postulat. Hinc illa loca,
in quibus suam præsentiam singu
lari modo manifestat, sacra esse
voluit, quomodo & loca, in qui
bus Moses & Josua steterunt,
sancta vocat, quia ipse præsentia
sua ea revera consecrabat. Atque
hinc etiam voluit ut Moses atque
Josua calceos suos exuerent dum
starent eo in loco, quem præsen
tia sua dignabatur.

IV. Hæc cum sit simplex hujus
ceremoniæ ratio semper vehemen
ter sum miratus, varia passim fin
gi, cur Mofi Calceos exuere su
prenum Numen præceperit, quæ
prorsus frivola sunt & inepta. Re
fert vir doctissimus Benedictus
Balduinus expositionem lepidam, Bald. de
quim, viro insigniter & curiose calc. Ant.
docto concionante, se aliquando cap. 3.
didicisse dicit: In Ægypto (dixerat
vir ingeniosus) natus, educatus que
Moses